

105

RECTOR

ACADEMIAE LVDOVICIANAЕ  
LVDOVIC. HENRICVS

LEO HILCHEN

MEDICINAE DOCTOR ET PROFESSOR ORDINARIVS

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

LECTIONES

TAM PVBLICAS QVAM PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE HIBERNVM

AB OMNIVM FACVLTATVM PROFESSORIBVS  
HABENDAS

INDICIT ET AD EAS SEDVLO AVDIENDAS

*GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE*

*ACADEMIAE CIVES*

PERAMANTER INVITAT.

P. P. DIE VIII. SEPTEMBR. ANNO dō 1848.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G I E S S A E,

Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr.



*In Facultate Theologica.*

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*Superintendens & Acad. Senior.*

**P**raelectiones in August. Confessionem publicas ab art. X. per instans semestre, infimul in exercitio disputatorio continuabit. Priuatim *Historiam Ecclesiasticam* ad B. D. LANGII, & *Theologiam theticam* ad B. BAIERI, vel alius auctoris filium tractabit, nec iis deerit, qui *controuersiarum*, recens praesertim exortarum, aut rei cuiusuis *litterariae* in theologicis amatores sunt.

**REINH. HENR. ROLLIUS, D.**

*Prof. Publ. & Superint.*

**I**n *historia dogmatum*, publice haecenus, iuxta seriem locorum theologicorum, tradita perget, eamque hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri bono cum Deo ad finem perducere studebit. Exercitium quoque *disputatorium* in *Syllogen Fechtianam* horis quibusdam separatis instituet, ipsasque simul theses breuiter enucleabit. *Priuatim* lectiones *dogmaticas*, proxime finitas, hora VIII. de nouo inchoabit, compendium *Baierianum*, annotationibus passim inspersis, perspicue explicaturus, & quo pacto cuncta ad praxin pietatis dirigenda sint, demonstraturus.

D. IO.

D. IO. HERMANN. BENNER

P. O.

*P*ublice lectiones exegeticas & homileticas persequetur. *P*riuatim, theticam theologiam, nec non *m*oralem absoluet, in medio, vbi substitit, orsurus. Et quoniam vtraque illa theologiae pars, perpetuo cursu, in orbem redit: noui etiam ciues, si qui fuerint, post partem hanc alteram, continuo priorem audire poterunt.

*In Facultate Iuridica.*

D. IO. FRIED. KAYSER,

*In Regimine & Consistorio Ecclesiastico Director.*  
*Iur. Prof. Publ. Ord. & Primar. nec non rerum*  
*Oeconomicarum in Alma Ludouiciana*  
*Inspector perpetuus.*

*Q*uantum per occupationes practicas strepitumque forenses licebit, Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum studia promouere non pigrabitur; inprimis vero selectas materias iuris Disputationibus publicis ventilare per instans semestre brumale secum constituit, si modo studium suum Auditores & amatores excitauerint.

D. FRANCISCVS IVSTVS  
KORTHOLT,

*Ordinis Iuridici h. s. Decanus.*

*I*us feudorum ex praeceptis *Perillustri* SENCKENBERGII interpretabitur. *Ius publicum ad ductum*

*Illustris MOSERI enucleare perget. In iure civili explanationi digestorum duas per singulos dies horas destinat.*

**D. GOTTLLOB AVGVSTVS  
IENICHEN,**

*P. P. O.*

**P***ublice in STRVVIANAM iurisprudentiam forensis commentabitur, cunctaque ad vsum forensis referet, priuatim IO. BALTH. L. B. de WERNHER Principia iuris ecclesiastici interpretabitur, in Ordinationem Notariorum MAXIMILIANI I. recitationes theoretico practicas instituet, ius cambiabile duce Cons. IO. GOTTLIEB SIEGELIO enarrabit, atque disputando exercebit erecta & decora ingenia. Reliquum tempus Responsis publico priuatoque nomine, quemadmodum hucusque fecit, elaborandis, atque perficiendo & ad prelum parando Thesau- ro Iuris feudalis consecrabit, nec vlli, qui gratum memoremque animum ostendet, operam suam in quacumque re ad bonas artes & iurisprudentiam spectante, denegabit.*

**D. IO. ERNEST. HOEPFNER,**

*Prof. Iur. Ord.*

**P***ublice Institutiones Imperiales interpretabitur, priuatim ad BOEHMERI ius Digestorum & IAC. GABR.*

( ) ( )

---

GABR. WOLFII elementa iuris feudorum tum provincialium tum imperialium commentabitur.

D. IO. CHRISTOPHORVS  
BALSER,

*Jur. P. O.*

*P*ublice lectiones iuris canonici, quas aduersa interim valetudine interruptas usque ad Libr. V. produxit, breui spatio absoluet; postea vero WERNHERI principia iuris ecclesiastici interpretabitur. *Lectio- nes priuatas* tam ad Digesta, quam *Ius germanicum* sedulo continuabit & D. V. hoc semestri spatio ad finem perducet.

D. CHRISTOPHORVS LVD.  
KOCH,

*Jur. Prof. Ordinarius.*

*I*us publicum Imp. Rom. Germ. ex doctrinis II. MOSERI vel MASCOVII tradet. *Ius feudale* Duce B. B. G. STRUVIO explanabit. Praeterea, si Praenob. Dnn. Commilit. commodum visum fuerit, vel in *Leges Imperii potiores*, vel sigillatim in *Pacem Westphalicam* commentabitur.

In

*In Facultate Medica.*

D. IO. CASIMIR HERTIVS,

*P. P. O.*

Sicuti vehementer dolet, quod ob continuantem imo ingrauescentem morbum hactenus nec officio nec sibi ipsi satisfacere potuerit: ita si fieri forte poterit, ut is mitescat, nihil omnino intermittet, quod suarum esse partium intellexerit.

LVDOVICUS HENRIC. LEO  
HILCHEN,

*P. P. O.*

Observationes morborum selectas, eorundemque curationes, auditoribus suis communicabit & explicabit. Institutiones vniuersae Medicinae continuabit. In collegio de morbis mulierum adhuc versatur. - Adiciet autem his laboribus tractationem de morbis infantum.

*In*

*In Facultate Philosophica.*  
**IO. LYDOVICVS ALEFELD,**

*Philos. naturalis Prof. Ordinar. & alumnorum  
 Principal. Ephorus.*

**Q**uae in *physicis* supersunt, publice per hyemem ab-  
 soluet. Priuatim *collegium disputatorium*, in theses  
 ex omnibus Philosophiae partibus depromtas, instituet,  
 idque, in gratiam praecipue alumnorum Principalium,  
 vt eos in perpetuo meditandi differendique exercitio  
 detineat, in posterum quoque, si DEVS vitam & va-  
 letudinem concefferit, sine intermissione continuabit.

**ERNESTVS THOM,**

*Moral. atque Iuris nat. & gent. Prof. Ord*

**H**eineccii Elementorum iuris naturae librum secun-  
 dum, Ius gentium, publice interpretabitur. Pri-  
 uatim *Ius naturae & Ethicam Baumeisteri* & libellum  
 G. Stollii, qui inscribitur *Lehre der allgemeinen Kluge-  
 heit* explicabit.

**ANDREAS BOEHM,**

*Log. Metaph. & Mathes. P. P. O.*

**P**ublice *Astronomiam* docebit, & observationes instituet.  
 Collegium quoque *disputatorium publicum* aperiet. Pri-  
 uatim vero *Logicam & Metaphysicam BAVMEISTERI*, vt  
 & *Theologiam Naturalem Cl. MAYERI*, nec non *Mathe-  
 sin puram Perill. L. B. de WOLF* explicabit.

HENR.

● ) 8 ( ●

---

# HENR. CHRISTOPH. NEBEL,

*Eloq. & Poes. P. P. O.*

**E**loquentiae latinae secundum Heineccium, Oratoriae secundum Gottschedium praecepta, proximo semestri spatio explicata, publice nunc exemplis vberius illustrabit, ita, vt vna per hebdomadem hora vtriusque auctoris partem, quam vocant practicam, altera auditorum specimina perlustret. *Privatim* Heineccii fundamenta stili & Gottschedii artem oratoriam exponet, nec in aliis auditorum votis officii partes deseret.

# D. CHRISTOPH. LVD. KOCH,

*Philos. & Histor. Prof. Publ. Ord. & Biblioth.*

*Acad. Praefectus.*

**H**istoriam Imperii Roman. German. ex delineatione Ill. MASCOVII, quae tit. *Der Einleitung in die Geschichte des Römischen Teutschen Reichs* nuper prodiit, denuo praeleget, eique *Historiam uniuersalem* ductu Ill. GEBAVERI iunget. Nec minus specialem *Germaniae Principatum Historiam* desiderantibus enarrabit.

---

**P**raeter ista, generosis quoque nobilissimisque ciuibus de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique palaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos abunde prospectum est.

